Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 66.

Cod: CCXXVI.

Chartac: 4. Saecul: 15.

2
6.9.

1. Fol: 1a – 75b

Andreae Speculum humanae salvationis.

Andreae Speculum humanae salvationis cujus initium est:"
"Incipit prohemium cujusdam nove compilacionis
"Cujus nomen et tytulus est speculum humane
salvacionis"

Sufficientem de hoc libro metrico notitiam videre licet in Codice XXXI. n: 1.

2. Fol. 79a – 91b

Stimulus amoris, pars I.

Stimulus amoris. Absque ulla inscriptione incipit: "Currite gentes undique". Quae verba idem opusculum designant, quod sub nomine: Stimulus amoris S: Bonaventurae perperam tributum est. Longe perfectius habetur in Codd: CXLII n: 1. et CXCI. n: 4, in praesenti enim nonnisi partis primae fragmentum invenitur. Vide etiam sequentem n: 4.

3. Fol: 92a – 94a

S: Bonaventur: instructio Sacerdotis ad miss: celebrandam.

S: Bonaventurae instructio Sacerdotis ad missam celebrandam. Incipit: "Ad Missam celebrandam sex considero attendenda." Extat in edit: Opp: S: Bonav: Lugd: 1668. T. VII. p: 71. Oudinus T: III. col: 419; ac editores novissimi in Diatriba p: 90. istud opusculum inter dubia collocant; Cavalesius tamen in Prodromo ad Opp: S: Bonav: L: 8. par: I. Cap: 3. § 2. col: 585 illud loco suo movere non audet. Coeterum in Codice nostro mutilum est, et in multis ab editione diversum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 67.



Cod. CCXXVI. n. 4–6. 67.

4. Fol. 94a – 112b.

Stimuli amoris pars II. & III. Stimuli amoris pars II. & III., quas potius fragmenta dixeris: neutra enim integra est, habetur. Consule supra n: 2.

5. Fol. 114a – 148a.

Liber de conscientia, seu de interiori domo. Liber de Conscientia, seu de interiori domo. Titulo caret; initium vero est: "Domus haec in qua habitamus." Plura de eo quaere infra, dice CCV. n: 1.

6. Fol. 148 – 154b.

S. Bonaventura meditatio in Salve Regina. S: Bonaventurae meditatio in Salve Regina. Rubrica codicis nostri est: "Bonaventura super Salve regina" initium: "Ad salutandum beatam virginem mariam primo debes." Cetat inter Opp: S. Bonav: Lugd: 1688 Tom: VII. p: 231. ubi stimuli amoris partis tertiae cap: 19. constituit; item inter Opp: S. Bonav: ed: edit: Rabillon: T. V. col: 749. Sed neutiquam est opus. Quidam putant esse Anselmi, O: S: B. Episcopi Lucensis †: ob: 1086: juti Wadingus in vita Anselmi Lucensis, ejusque sub nomine exstat in Bibl: max: P: P: Lugd: T. XXVII. p: 441. Sed omnes hos confutat Oudinus T. II. col: 722. segq. Unde author latet anonymus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 68.

7. Fol: 155a – 160b.

Hugonis de S. Victore Claustrum animæ.

Inscriptio hujus opusculi est: "Incipit claustrum anime hugonis de scto victore Incipit hic vita perfectorum tu si vivis ita tibi cedet celica vita amen." Initium: "Introduxit me rex in cellam vinariam &c. hec sunt verba sponse fratres." Inscriptio hæc duplici de causa erronea est; primo, quia Hugo de S. Victore non est author libri de Claustro animæ, ut videri potest in Bibl: m: & inf: latin: Fabricii T: III. pag: 294. sed Hugo de Folieto Corbejensis Canonicus, et postea Cardinalis; secundo, quia præsens opusculum longe aliud est a Claustro animæ, quod quatuor constans libris, valde prolixis extat inter opera Hugonis de S: Vict: Mog: 1617. T: II. pag: 30. Unde facile crediderim breve hoc Scriptum de opere fusiori asceticо esse decerptum.

8. Fol: 161a – 170b.

S. Bernardi Tractat: de Contemplatione.

S: Bernardi Tractatus de contemplatione. Titulus præcedit: "Sanctus Bernhardus de contemplacione." Quam vehementi amplexu amplexasti me". Inter opera S. Bernardi non reperitur, nec alicubi in illud offendi, unde aut opus anonymi est, aut fragmentum prolixioris.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 69.

I. Fol: 170b-184a.

S. Bernardi Tractat. de 4. Grad. spirit. exerc. 4ii.

"Incipit tractatus de quatuor gradibus spiritualis exercicii Beati Bernhardi." Ita titulus; initium vero est: "Cum die quadam corporali manuum labore." Esse opus Guidonis Carthus. et alia plura dixi in Cod. CXLIII. n 10. Id addere liceat, hunc codicem esse mutilum, atque a numero secundo usque ad presentem insignem in eo grassari confusionem, que tam bibliopegi culpa, quam librarii /: an incuria, an malitia nescio :/ tribuenda est.

II. Fol 184a-186a.

S. Bernardi formula honeste vite.

Inscribitur presens opusculum: "Incipit tractatus boni de formula honeste vite Bernhardus. Initium est: "Petis a me frater karissime quod nunquam et nusquam a suo provisore audivi aliquem petivisse." Extat inter Opp. Bernardi edit. Mabill. T. V. col: 811. hac ab editore censura notatum: "In codice Cisterciensi extat cum hac epigraphe: Formula honeste vite data a S. Bernardo, ut creditur. Eidem etiam in ms: Codice Ecclesiæ Parisiensis tribuitur, sed perperam." Hæc Mabillonius. Cæterum Codex noster in calce plura continet, quam prefata editio.

III. Fol: 186a-189b.

S. Augustini Dialogus inter sanctam animam, & B. V. M. de passione Dñi.

Inscriptio hujus opusculi est: "Incipit dyalogus beati Augustini inter sanctam animam et beatam Virginem Mariam de passione domini tractatus de originalibus ejusdem." Initium est: "Anime fideles sponse Jesu Xti flebum deducite." Opus, quod penitus ignorant editores

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 70.

Mauriani, quodve ab Augustini stylo, ac inge,
,nio quam longissime distat, certe inter sup,
,posititia rejiciendum est.

12. Fol: 190a - 243a

De Sacram: Pœnitent: & Sermon: dominicales.

Quæ a folio 190. usque ad finem continen,
,tur, sunt. 1 Scriptum de satisfactione Sa,
,cramentali, quod ultimo loco poni debuis,
,set. 2 Sermones de nonnullis dominicis;
3. de contritione, et confessione, quarum
partem tertiam constitueret scriptum
mox memoratum de satisfactione.

Cod: CCXXVII.

Chartac: 4. Sæcul: 14. 15 1398 2 6.10.

Embrien

1.

Compendium confessorum metricum.

1a - 5b

Compendium confessorum metrice ador,
,natum. In superiori margine legitur: "In,
,cipit compendium confessorum metricum."
Inchoat author opusculum sequentibus
versibus, qui quasi præfationis loco sint:"

"Confessor caute si vis laqueos fugitare
Jure diversos veterique novo seminatos
Ex his versiculos confectos respice paucos
Que confessoris brigam (a) faciunt meliorem."

(a) Difficultatem negotium. Glossar: manuale med: et inf: lat: voce: Briga.

Nimirum regulæ generales juris, confessario
scitu necessariæ, versibus denotantur, iisque
additur prosaica uberior declaratio. Parum
abest, quin Joannem de DEO authorem putem.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27571

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)